

Andreas Tscherning

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Andreas Tscherningius,  
Poet. Prof. ordinarius Ad exsequias, Quas Filiolis ... Arnaldo & Michaeli, gemellis  
Vir ... Dn. M. Petrus Stappenbeccius, Civis Rostochiensis, Parens moestissimus  
paratas cupid; Cives Academicos officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774675861>

Druck    Freier  Zugang



Tscherning, A.,  
in  
**A. et M. Stappenbeck.**  
Rostock. 1649.

34.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774675861/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774675861/phys_0003)

DFG



# PROGRAMMA

*Quo*

## RECTOR

Universitatis Rostochiensis

ANDREAS TSCHERNINGIUS,

Poët. Prof. ordinarius

*Ad exequias,*

Quas

FILIOLIS SUIS MELL  
TISSIMIS

ARNOLDO & MICHAELI,

gemellis

VIR

*Clarissimus & Præstantissimus*

DN. M. PETRUS STAPPEN-



BRECCIUS, Civis Rostochiensis,

Parens moestissimus

paratas cupit;

Academicos officiosè invitat.

6(0)6

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typographi

ANNO M. DC. XLIX.



On potuit in sinu non gau-  
dere M. PETRUS STAPPEN-  
BECCIU, & omnibus latitiis  
incedere, posteaquam se ge-  
minâ & quidem masculâ prole, eaq;  
non parte aliquâ corporis captâ ac de-  
bili, sed integrâ & ipsâ membrorum  
compositione ac lineamentorum con-  
formatione egregiam animi indolem  
(species quippe corporis, ut Ambrosi-  
us ait, simulacrum est mentis) præ se  
ferente, divinitus auctum vidit. Quæ  
enim major in conjugio esse potest vo-  
luptas, quam habere liberos, qui non  
solum nominis & fortunarum here-  
des futuri, sed in quibus etiam parentes  
ipsi postmortem victuri esse videantur.

Σ τόλει

*Ζελοι γαρ οικων εις παιδες αγονες:*  
*Columna familiarum sunt liberi masculi.*

Sed voluptas ista nec perpetua est, nec sincera: è vestigio curæ eam comitantur, & ut Symachus in epistolâ ad Proctadium inquit: *nata, sobolis primus parentes dies bilaret: mox p̄i metus brevem gratiam fugant.* Simul enim atque in hanc lucem editi sunt liberi, ea parentes cura coquit, ne quid mali vel cum nutricis lacte suggant, vel à papulis, varis, pustulis patiantur: nevè virtutum semina aut in herba ipsa, quod ajunt, comprimantur, aut in flore adolescentiæ pereant, aut ubi ad frugem pervenerunt, immatura mortis falce resecantur, **Quod cum fit, tunc**

*Nec corpus querulo, nec mens vacat agra dolore.*  
Experitur fortunæ hanc vicissitudinem clarissimus vir Dn. M. PETRUS STAPPENBECCIUS, Civis Rostochiensis

ensis: cui quartus & quintus Aprilis dies anni ver-  
tentis, qui filiolis gemellis iisque desideratissimis  
natales fuere, quā lātissimi illuxerūt. Ipsi enim in  
mentem veniebat, DEUM in veteri fēdere iis,  
qui mandata sua coluerint, inter cātera prāmia  
liberos ut magnum quoddam & eximium bo-  
num polliceri. At voluptatem hanc mox a ter-  
go infecutus est ingens dolor, qui non patrem  
duntaxat, sed & matrem māstissimam ANNAM  
Lafrensen / feminam honestissimam pudicissi-  
mamque, nec nō Avum maternum virum pru-  
dentissimum & integerrimum Dn. MICH A -  
ELEM LAURENTIUM Senatorem gravissimū  
& judicij Rostochiensis Directorem meritissi-  
mum vehementer discruciat Quos enim Pater ex  
charissima conjugē vix susceperat filiolos, & ad  
salutare ~~ωαλιγγεριας~~ lavacrum deduxerat, quos a-  
vorum suorum, majorem natu paterni, ARNOL-  
DI; minorem materni, MICHAELIS nomini-  
bus appellari volebat,

*quasi solstitialis herba paulisper fuere  
repente exorti sunt: repentino occidunt.*

Nam cum major natu gravissimā tussi (cujus  
causam medicorum filii humorem quendam vis-  
cosum faciunt, quem infanti tenerrimo exspuere  
non licuisset) occlusā etiam per quatriduum fer-  
me alvo, minor eodem ferme morbo, sed  
alvo solutā, infestarentur, parentes quidem me-  
dico-

dicorum artem in tempore adhibuerunt, qui summa diligentia studioque, quantum quidem per id ætatulæ licuit, ægrotantes curarunt infantes; non tamè aliquo secundiore successu: cum jam supremis propius propiusque admoverentur. Donec die XX. Aprilis, horâ mediâ nonâ matutinâ prior, posterior die XI. Maij. horâ mediâ sextâ matutinâ, catharro, ut vocât, suffocativo extincti tandem placide acquieverût, cù vixisset ille dies XIV. & horas IX. hic hebdomadas V. unum diem ferme ac horas quatuor. Usque adeò brevis & fugax hominum vita, levis & fallax mortalium est lætitia! Nos huic mæstissimo Parenti someta apud grassantem dolorem parum profectura non corrogabim⁹, qualia sunt vulgata ista, & è Gentilium scholis petita; natos fuisse homines, communī mortalitatis legi subjectos, cuius inevitabili ordine orta omnia interire necesse sit. Verè quidem hæc dicuntur; atque adeo juxta poetam maximo proximum;

*Omnia functa*

*Aut moritura vides: obeunt noctesque diesque,  
Astra que, nec solidis prodest sua machina terris.  
Nam populos, mortale genus, gentisq; cadue &  
Quis fleat interitus? hos bella, hos aquora poscunt:  
His amor exitio, furor his & saeva cupido.  
Ut sileam morbos; hos ora rigentia Bruma  
Illos implacido letalis Seirus igni,*

*Hos*

*Hos manet imbrifero pallens Auctumnus hiatus.  
Quicquid habet ortus, finem timet; ibimus omnes,  
Ibimus.*

Sed tām tristi carmine depresso mōrōre ani-  
mum non minus erexeris, quām si navigaturum  
ad maris tempestates fortiter sustinendas, pro-  
positis aliorum naufragiis obfirmare annitaris.  
Non vero infiteor; nos, qui Christianā fide im-  
buti sumus, juxta cum illis hoc ipsum fateri,  
quod ē sacris etiam literis novimus; *Homini se-  
mel statutum esse mori; interea tamen hoc illis fe-  
liciores censendi sumus, quod caussam fatalis  
hujus necessitatis, quam illi juxta cum ignarissi-  
mis nescierunt, propius nobis novisse datum est.*  
*Qui inter eos omnium altissimē surrexisse vide-  
tur; ille viro Bono, quicquid acciderit, a quo animo  
sustinendum censem; cū sciat, id accidisse lege divinā  
quā omnia procedunt. Ad ipsum malī fontem pe-  
netrare illi non licuit. Nos verò, uti legem & or-  
dinationem DEI, qui est longitudo dierum no-  
strorum, penes quem definitus est numerus  
mensium nostrorum, & in quo vivimus, move-  
mur, ac sumus, venerabundi agnoscimus: ita de  
paterna ejus voluntate, quæ in Bonum nostrum  
perpetuō tendit, meritissimo nobis gratulamur.  
Mihi quidem dubium non est, quin māstissimus  
Infantulorum Pater ante omnia animum men-  
temque ad DEUM OPT. MAX. & ejus volun-  
tatem*

tatem quæ sola & sancta, & sapiens & justa est,  
flexerit; & illo patientissimi Jobi elogio cele-  
braverit: *sicut Dominoplacuit, ita factum est: Domi-*  
*nus dedit: Dominus abstulit: sit nomen Domini benc-*  
*dictum.* Cogitabit imprimis quod filiolis suis  
peccandi subtracta sit materia, & non peccandi  
concessa securitas: quod conditio eorum multo  
jam melior præstantiorque sit, quam dum hoc in  
ergastulo detenti fuerunt. Cœlum habet, DEUM  
habent Creatorem suum. Quos nūquam vide-  
runt, jam agnoscunt Avum paternum, virum reve-  
rendum & clarissimum Dn. M. ARNOLDUM  
STAPPENBECCIUM, Pastorem quondam ad  
ædem B. Jacobi, quæ est Stralsundi, vigilantissi-  
mum, & reverendi ibidem Ministerii Seniorem  
ac Superattendentem meritissimum. Gaudent  
jam Aviarum aspectu; paternæ quidem CA-  
THARINÆ Berens; JOHANNIS Berens civis  
& mercatoris quondam apud Stralsundenses  
primarii filiæ; maternæ ANNÆ Kochen/ matro-  
næ dum in vivis erat, honestissimæ, Dn. JOA-  
CHIMI Kochen civis & mercatoris hujus Rei-  
pub. filiæ. Quos omnes nullæ ægritudines  
amplius exedunt, nulli metus terrent, nul-  
li æstus torrent, nulli dolores torquent: sed po-  
ste aquam ad beatissimarum mentium cœtum  
adgregati sunt, in Deo exultant, mundo & ærum-  
nis omnibus insultant, lætitiusque incedunt ta-  
libus,

libus, quas nec oculis nec auribus mortalium  
quisquam usurpavit, nec animo comprehendere valuit.

Non parum quoque ad confirmandos Parentum animos & ad minuendum luctum vestram faciet in exsequiis frequens præsentia, CIVES ACADEMICI. Quâ ut benevolentiam vestram contestemini, officiose rogo. Date hoc M. PETRO STAPPENBECCIO, qui & ipse literatus est, & tam lubentes quam frequentes in funus infantorum procedite, corpusculorumque exsvias ad Requitorium suum, vel, si mavultis SUGGRUNDARIUM rite comitate. SUGGRUNDARIA enim antiqui dicebant sepulcra infantium, qui nec dum XL. dies impletos, quæ nec Busta dici poterant, quia ossa, quæ comburerentur non erant, nec tanta cadaveris immanitas, quâ locus tumesceret.

P P. Rostochi d. XII. Maij.

An. clo Ioc XLIX.

Conventus fiet in Æde B. Iacobo sacra  
horâ primâ pomeridianâ.











dicorum artem in tempore adsumma diligentia studioque, qua per id ætatulæ licuit, ægrotantes cœtulos; non tamè aliquo secundiori jam supremis propius propiusque sunt. Donec die XX. Aprilis, horâ matutinâ prior, posterior die XI. Massetâ matutinâ, catharro, ut vocât stincti tandem placide acquieverunt dies XIV. & horas IX. hic hebdomadæ em ferme ac horas quatuor. Usque fugax hominum vita, levis & fallax lætitia! Nos huic mæstissimo Pateri grassantem dolorem parum profrogabimus, qualia sunt vulgata ista scholis petita; natos fuisse homini mortalitatis legi subjectos, cuius dñe orta omnia interire necesse sit hæc dicuntur; atque adeo juxtam proximum;

### Omnia functa

*Aut moritura vides: obeunt nos  
Astra que, nec solidis prodest sua in  
Nam populos, mortale genus, genti  
Quis fleat interitus? hos bella, hos  
Hus amor exitio, furor bis & sev  
Ut sileam morbos; hos ora rigent  
Illos implacido letalis Seirius igni:*



, qui  
idem  
nfan-  
ecum  
eren-  
ima-  
edia  
o ex-  
tiste  
m di-  
vis &  
m est  
apud  
cor-  
lium  
nuni  
i or-  
dem  
maxi-  
  
que,  
is.  
cunt:  
  
Hos